

X.

Drei Gedichte
zum Lobe der steinernen

und eines

zum Lobe der hölzernen Brücke
zu Regensburg

aus den Jahren 1731, 1733, 1735 und 1737,

von

M. Christophorus Zippelius,

veröffentlicht und mit Anmerkungen versehen von
dem Vereinsmitgliede,

Herrn Rechtspraktikanten **Heinrich Schuhgraf** zu Regensburg.

V o r w o r t.

Wie es noch jetzt gewöhnlich ist, den Jahresberichten der Studienanstalten Programme vorzusetzen, so war es auch schon in der ersten Hälfte des vorigen Jahrhunderts Sitte, der Einladung zu dem „examen vernum“ und dem feierlichen Akte der Promotion eines Baccalaureus irgend ein beliebiges Gedicht, eine Abhandlung über einen interessanten Stoff beizufügen.

M. Christophorus Zippelius, von Langenau-Görlitz, im Jahre 1708 Conrektor, von 1712 an Prof. public., von 1713 bis 1747 Rektor und öffentl. Professor an der

Poetenschule zu Regensburg¹, von dem ein reicher Schatz von Gelegenheits-Gedichten und Reden vorhanden ist²), wählte als Vorwurf seiner Abhandlungen in den Jahren 1731, 33, 35 und 37 das Lob der steinernen und der hölzernen Brücke, das er in Hexametern sang.

Sind auch seine Verse nicht von der Art, daß sie als Musterverse für angehende Dichter aufgestellt werden möchten, — sie tragen vielmehr das Gepräge ängstlicher Nachahmungssucht der Classiker an sich, und das Latein ist im metrischen Schraubenstock gar arg maltraitirt, — so ist es doch eben der Stoff, den Zippelius wählte, der Veranlassung gab, die erwähnten 4 Gedichte zur Veröffentlichung zu bringen, um so mehr, als diese Gedichte vielleicht die einzigen sind, die zum Lobe dieser Brücken gedichtet wurden, als überhaupt die Literatur über unsere gewiß beachtenswerthe ehrwürdige steinerne Brücke nicht sehr reich ist.

Die jedem Gedichte unmittelbar nachgesetzten Noten sind Anmerkungen der abgedruckten Originale des Zippelius selbst.

Die am Ende beigefügten Anmerkungen sind aus den vorhandenen Quellen geschöpft, und sollen in Verbindung mit dem Original dazu dienen, eine vollständige, wenn auch kurze Geschichte der beiden Brücken zu liefern.

Denjenigen, welche übrigens glauben möchten, es seyen die Gedichte des Zippelius über die steinerne Brücke nur lückenhaft mitgetheilt, da das erste der Gedichte im Jahre 1731, das zweite 1733 und das dritte 1735 geschrieben und gedruckt wurde, diene zur Nachricht, daß Zippelius im Jahre 1732 ein Programm über den sittlichen Werth der Aufführung von Schauspielen in christ-

*) Er schrieb gegen 56 Biegen verschiedenen Inhalts, besonders Programme bei Endprüfungen. Eine seiner interessantesten Abhandlungen der Art ist die über den Carls-Kanal.

lichen Schulen, und im Jahre 1734 über Empfehlung des Studiums der Philosophie verfaßt hat.

Schließlich füge ich noch die Namen derer bei, die entweder ganze Abhandlungen über die beiden Brücken schrieben, oder in deren Werken nur stellenweise Beziehungen darauf vorkommen:

Aventin in seiner Chronik der Deutschen p. 365.

Defelius I., 189, b.

Althammer in Corn. Taciti de moribus Germ.
pg. 59.

Mausoleum St. Emmerami. p. 194.

Paricius, p. 206.

Ertl in seinen relat. curiosis.

E. Th. Gemeiner und

Gumpelzhaimer in ihren Chroniken an mehreren Stellen.

Nesch (1821 u. 1835, II. Aufl. mit Tafeln).

v. Bössner: „Ueber die steinerne Brücke“, Sulzbach, 1830, und

dessen Worte zur Einleitung bei feierlicher Enthüllung des Standbildes R. Otto's des IV. ic. auf der steinernen Brücke von Regensb., gesprochen am 15ten Oktober 1835.

C. L. I. O.
CHRISTVM LVCEM IN OMNIBVS
MVSARVM
STATORIBVS
PATRONIS FAVORIBVS
ET
AMICIS

SVMMOPERE DEVENERANDIS SVSPICIENDIS
ET AESTIMANDIS
APPRECATVS
EOSDEM
AD

GYMNASTICAE IVVENTVTIS
EXAMEN VERNVM

A. R. S. MDCCXXXI
INDE A XXVI FEBR. VSQVE AD X MARTII
PRO MORE CONTINVANDVM
NEC NON AD

SOLEMNEM PROMOTIONIS ACTVM

D. XIII MART. HORA II POMER.
SVBMISSE OBSERVANTER ET HVMANITFR
INVITAT
SIMVLQVE

PRAECIPVA RATISPONAE ORNAMENTA

IN POSTERVVM
SI QVIDEM DEO ITA VISVM FVERIT
EXPOSITVRVS
PAVCVLA QVAEDAM
DE

PONTE LAPIDEO

RATISPONENSI
PRAEFATVR
M. CHRISTOPHORVS ZIPPELIVS
GYMN. POET. RECTOR ET P.P.

TYPIS IO. GEORG. HOFMANNI.

Ornamenta cano Rateponae, qualia florens¹⁾
 Contulit huic aetas, quae tempora nostra reseruant.
 Fata cano eiusdem, saeculis memoranda futuris.

Musa, faue coeptis! Orna compendia rerum,
 Quas tenui meditor modulari carmine iussus.

Scilicet Historiae conanti scribere laudes
 Mox aderat Clio: Quid tentas, inquit? Honorem
 Afferet Historiae praeclarum Musa per aeuum,
 Urbis quae referet uere monimenta uetustae.
 His igitur, iubeo, calamos intende canendis,
 Pubique ingenuae, quam formas, illa reconde.

Obsequor; atque statim Pons se mirabilis offert
 Scripturo. Stupeo, tantam cum lustru uacuius
 Molem luminibus, patulum quam Fama per orbem
 Decantat maiore tuba per saecula stantem.
 Quis struxisse deos dubitet spectabilis artis
 Hoc opus, humanas multum et transcendere uires?

Flammifer aestus erat, qualis tum iugera terrae
 Corripuit, Phaëthon cum magnis excidit ausis,²⁾
 Accenso patris curru non nubila tantum,
 Sed terras etiam combussit, et ipse flagrauit.
 Dissilit omne solum, rimasque agit, aret ademptis
 Sulcis. Arboribus calido feruore necatis

Defluit omne decus. Pallescunt gramina campi,
 Semina et arua negant, aestu feruente nociuo:
 Sulphur et iniectum terrae mox concipit ignes.
 Desidunt fontes, spatiosaue flumina fumant,
 Undis exhaustis, siccis cumulantur arenis.
 Occulit ipse caput, fontes repetitque uetustos
 Danubius, monstros perterritus, atque relictas
 Ripas ingreditur sicco pede lassus arator.

Accola contremuit. Quid, ait, portendit olympus?
 Fallor, an extremo sic tellus igne peribit?

Nil tale at metuens, confirmat robore mentis
 Diuinae ciues, dictisque accendit amicis
 Henricus decimus, Boiorum Rector et idem³⁾
 Tuscorum Princeps, Sueuorum Saxoniaeque
 Arbitrator. Agnoscas, inquit, tua commoda, ciuis,
 Quae creat ipse polus. Saxosum construe pontem,
 Leges Danubio qui ponat, et arceat undas,
 Exitium quae saepe tibi clademque minantur.

Dixit, et accurrit numerosus ciuis, anhelos
 Congestos lapides, solido fundamine iacto,
 Connectit studio, struit et molimine grandi
 Tantum opus, haud maius quo non et firmitus orbis
 Nouit Teutonicus, saeculis memorabile priscis.⁴⁾

Fluxerat a cunis CHRISTI millesimus annus,
 Cum denis decies triginta et quinque ruebant:
 Cum molitur opus, faustis successibus annus
 Undecimus quod finit, ei monumentaque sacrat.
 Lotharius Saxo tum sceptrum suprema gerebat
 Romani Imperii, comitem cui Gloria iunxit
 Se, rebus gestis uicturo, uera perennem.

Aduena, scire cupis, qualis sit machina pontis?
 Quadratis constat saxis, si singula spectes
 Ex imo ad summum. Ter quinos conspicias arcus⁵⁾
 Amplos, subnixos fundamine rite triquetro:

Duplex queis moles firmamen praestat, et arcet
 Tergo, et Danubii furibundos discutit ausus;
 Nauibus ut pateat uia tuta hinc inde reuersis.
 Pontem ingressuro tibi Turris monstrat auitae
 Artis opus, si non Hermannii tempore structum,
 Diuorum priscis Germanis nomine culti,
 Romulidum certe cura uigilante peractum.
 Est uetus in Turri monimentum, qualia Roma
 Manibus exstruxit defunctis morte decora (a) ⁶⁾
 Inde patet, fallor? quadratae Turris origo.
 Quid sibi sub Turris tecto uult ille togatus
 Vir saxo effictus, nisum cui dextera praefert,
 Qui pede conculcat caput infestante puellae
 Cornibus armatum? Multi Aucupis esse putarunt ⁷⁾
 Henrici effigiem: quibus at subscribere cesso.
 Iudicium suspende tuum, cum plura parabam
 Scribere, Clio inquit, monimentaue pristina lustra
 Romulidum; et propior forsani tibi causa patebit.
 Siste pedem! Diuae non audeo iussa morari.
 At Ptochotrophium mecum spectare, uiator, ⁸⁾
 In pede Pontis, adhuc Musarum carmine dignum,
 Ne renuas: quia me coeptam pertexere telam
 Clio nunc prohibet, curtaeque angustia chartae.
 Antiquum est, prius et primordia florida cepit,
 Quam Conradus (b) ei maius decus addidit, eius
 Et multum reditus, Venerandus Episcopus, auxit.
 Nomen huic diuae Catharinae contigit illo
 Tempore, quo studiis coniunctis crescere coepit.
 Ptochium at ante fuit Diui appellata Johannis
 Aedicula ad pontem, cum junctis aedibus illi.
 Indigus inde solet ciuis solamina uitae
 Quaerere prostratae, nulli amplius utilis arti.
 Mille et bis centum Fastis inscripserat Aera
 Christiadam, quatuor uigintique addidit hisce

Annos: cum pietas Conradi prospicit alma

Cura pauperibus, resque ordinat ipse gerendas.

Feruet adhuc pietas: splendor nouus auget honorem

Aedis munificae, quam prouida contulit illi

Cura Patrum, quorum non paupertatis amore

Esse decus maius reor. Hoc pia Fama sonoro

Aere canet: quoties res gestas succinet Urbis

Ultra millenos septingentesimus annus

Ter denusque, cui debetur gloria tanti

Praesidii, quo praelustris Conradus adauget

Nominis aeternum decus, et post funera uiuit. (c)

Spectatum satis est. Iam me uocat illa palaestra,

Musarum proli quae sacra est, quaeque recludit

Procliues aditus FAVORIBVS atque PATRONIS,

Musas qui curant, fido et tutamine firmant.

His adolet pietas pia thura, altaria fumant

Horum Nominibus. Demissae plaudite Musae,

Consessu celebri gaudentes, cuius honori

Examen Venum uoto rogitante dicatur.

(a) Vid. illud in Auentini Annal. Boic. Libr. II. p. 112. edit. Ingolst. a. 1554. it. in Reverendissimi Abbatis D. Emmeram. Anselmi Ratisbona Politica, p. 128. una cum luculenta eiusdem explicatione.

(b) Conradus III. hic est, ex Illustr. prosapia Comitum de Frontenhausen et Teisbach &c. Praepositus Frising. et Canonicus Ratisp. A. C. 1204. Episcopus electus. Hic, uendito suo patrimonio Ludouico, Duci Bauar. pro VII. milibus librar. Ratisp. Ptochotrophium Ciuitatis Ratisp. supra laudatum amplificauit. Fundator idem fuit Fratrum Minorum Ratisp. Confer. citat. Ratisbona Politica p. 229. it. Parnassi Boici Ingolstad. P. XVI. p. 264.

(c) Lapis angul. noui aedificii pos. A. 1730. d. 27. Mart. hor. 2. pom. intranti dextram uersus, cui Nomina

Curatorum Eccles. et Polit. ordinis, itemque administratorum et architectorum inscripta sunt. Opereculum hoc notum habet:

Herr, seegne dieß Spital, daß es so lang mag seyn
Der Armen Unterhalt, als dessen Grundes-Stein
In dieser Erden-Grufft verbleibet unverweset,
Biß unsre Nahmen dort im Himmel sind zu lesen.

C. L. I. O.
CORONAM LABORIS INVICTI OPIPARAM
MVSARVM
NVTRITORIBVS
PATRONIS FAVORIBVS
ET
AMICIS
SVMMOPERE DEVENERANDIS SVSPICIENDIS
ET COLENDIS
APPRECATVS
EOSDEM
AD
GYMNASTICAE IVVEVTVTIS
EXAMEN VERNVM
A. O. R. MDCCXXXIII.
INDE A IX VSQVE AD XXI. MARTII
PRO MORE CONTINVANDVM
NEC NON AD
SOLEMNEM PROMOTIONIS ACTVM
D. XXIII. MART. HORA II. POMER.
SVBMISSE OBSERVANTER ET HVMANITER
INVITAT
EADEMQVE OPERA
RELIQVAM
PONTIS LAPIDEI
RATISPONENSIS
DESCRIPTIONEM
AEQVIS ILLORVM IVDICIIS
SVBMITTIT
M. CHRISTOPHORVS ZIPPELIVS
GYMN. POET. RECTOR ET P.P.

TYPIS IO. GEORG. HOFMANNI.

Auspiciis solitis nostri lustranda iuuentus
 Gymnasii reuocat praerupta in carmina musam,
 Queis tenui coepit PONTEM describere uena,
 Unde uenit praestans REGINIS gloria CASTRIS.

Ex Ptochotrophio mecum iam perge, Viator,
 Spectatum ulterius Pontis monimenta celebris.

Scilicet hinc reduci Tibi panditur area Turrim
 Ante prius dictam, saxis constructa refertis,
 Vectis quam claudit duplex, et porticus ambit
 Tecta; cauis minitans pariter cubitalibus hosti,
 Ac munimentis latere ex utroque rotundis,
 Insuper et fossa patula, praecinctaque porta.

Post mille et quadringentos uicesimus annus
 Cum tribus actus erat: PROCERVUM cum cura fidelis⁹⁾
 Hussitas contra, quorum tunc impetus urbi,
 Cen reliquis, metuendus erat, sic fama recenset,
 Hoc extruxit opus, Pontis firmamen ut esset.
 Excubias agit hic miles, cum porta patescit,
 Solis ad occasum, cum rursus clauditur: illac
 Aduena ne penetret, quem non sua tessera signet,
 Explorata prius scribae, qui nomina defert.
 Pons claudit Turrim uersatilis atque recludit,
 Sic tamen, ut pateat nocturnis usibus arcta
 Portula, quam seruat custodia fida relictis
 Tempore pacifico, res et communicat actas.
 Turris in excelsis habitaculis singula custos
 Pernigil obseruat, uaria quae sorte geruntur,
 Qua patet huic circum laetabilis ambitus urbem.

Haec eadem Turris cataractas insimul ausus
Hostiles contra ualidas demittere sueuit,
Talia si poscat munimina durior aetas.

Turrim transgresso Tibi Pons patet ipse, Viator,
Quadratis stratus saxis, quae robore tanto
Praestant, ut currus ferrati, pondere grandi
Transuecti, post se uestigia nulla relinquant.

Fama canet laudes PATRVM, qui tempore nostro
Saxis firmarunt inuictis compita Pontis,
Communitanda prius saxis hinc inde repostis. (a)

Acclinis leuiter per aperta foramina utrinque
Pons deuoluit aquas collectas imbribus auctis.
Septuaginta duos numerat protensus ad urbem
Supra mille pedes, decies bis et quater amplus. (b) (10)

Munit utrumque latus paries saxosus, et eius
Compagem firmant retinacula ferrea plumbo
Infuso, frustra quam uis moderata lacessit.
Semita substructa est pediti, qua cedere plaustis,
Danubiumque potest oculis lustrare uacuis.

Progresso ulterius Tibi sistitur altera Turris,
Pontem qui medium ferme occupat, ipsa tenaci
Saxo structa, simul simulacra ignota reponens
Partibus aretois. Nempe hic diademate cinctam
Tempora reginam (c); tum monstrum conspicis amplis
Palpebris tetrum, nudis ac dentibus horrens,
Cornuto capiti, ridenti orique puellae
Obuersum, memori quod adhuc sub pectore seruas. (d)
Verax si fama est, isthaec simulacra PHILIPPI,
Caesaris ex Sueuis, Turri suffixa fuerunt
Tempore, cuius item clarescit imagine Turris,
Aediculam dextra qui praefert, uerba: PHILIPPVS,
REX ROMANORVM; quem pridem extincta notarunt. (11)

Contigit huic Turri custos ex parte superna:
Clauditur ipsa etiam taciturnae tempore noctis

Valuis robustis, pariter queis portula seruit:
 Est instructa simul cataractis parte ab utrauis.
 Hic uigil excubias quoque seruat miles, ad omnes
 Motus attendens nocturnos atque diurnos.

Non procul hinc dextram uersus pons ligneus offert
 Procliues aditus laetam lustrare uolenti
 Insulam, ad occasum quae uergit, cuius amoenos
 Proficuosque usus Te cognouisse iuuabit.
 Ex parte hic pons est uersatilis, arcet et omnes
 Lunis nocturnis per eum transire parantes.

Iam transire opus est clathros, qui, sorte furente,
 Claudī sueuerunt. Post hos à parte sinistra
 Conspicis inde molam, Cereris quae munera saxo
 Frangit, quaeque uiam, scala monstrante, ministrat,
 Insula qua inferior, Vulturum uersus, aditur,
 Deliciis uariis multoque notabilis usu;
 Non minus atque prior, cuius modo mentio facta est.

E regione huius mola Ponti iuncta ligones
 Cote nouat, falces, nitidos et praeparat enses.

Nunc Te porta patens, Aquilae quam signat imago
 Caesareae, pons et uersatilis obdere sueuit
 Temporibus dubiis, propius transmittit ad urbem.
 Arcus erat Pontis, pyrio quem puluere rupit
 Urbis Praefectus Boius, *Troibreuzius*, olim:¹²⁾
 Saxonicus cum Dux, *Bernhardus*, milite Sueco
 Auctas, Reginis Castris obuenteret arma.
 Tres et triginta, sexcentos milleque fastis (e)
 Christiadam dederat bene ductus calculus annos:
 Cum fuit abscissus Ponti memorabilis arcus.
 Substituendus erat pons ergo mobilis, urbis
 Recludens aditus, securae tempore pacis.

Laeua a parte molam rursus, frumenta terentem,
 Adspicis; a dextra talem, qua Mulciber usus
 Ad uarios acuit chalybes, cupidisque ministrat.

Tertia Turris adest, Tibi quae denunciat horas
 Automati pariter campana et gnomone, custos
 Cuius agit curam, Turri qui praesidet hospes.
 Valuis munitur ualidis, nec portula defit,
 Quam reserat miles, si res hoc ardua poscat,
 Excubat ad portam qui nocte dieque, fidelis.

Signa huius Pontis breuiter memoranda supersunt.

Est puer e saxo formatus, suspicit Aedem
 Ille cathedralem, de qua uir saxeus, olla¹³⁾
 Qui caput obuelat, se praecipitare uidetur,
 Ad turrim ueterem, quae uulgo asinina uocatur.
 Fabula de utrouis, ceu de certantibus illic

Incisis saxo gallis, narratur anilis,
 His quam uix dignam chartis pia musa putauit. (f)

Maximus et minimus Pontis lapis, illeque, totus
 Quo Pons inniti fertur; tum stellio ab Istro
 In Pontem sursum prörepens, pluraque signa,
 Obseruata prius per Pontem hinc inde profectis,
 Ferme ignorantur, deperdita tempore longo.

Iam pete, si uolupe est, ad tempus Ponte relicto, (g)
 Gymnasium, LECTOR VENERANDE, Poëticum, et aure
 Menteque procliui conatus percipe prolis
 Palladiae, cuius *Lustratio publica* uerno
 Tempore PATRONOS expectat, et optat Amicos,
 Quorum praesidio prono, faciliq; fauore
 Addantur stimuli publi, pariterque magistris,
 Unanimi studio qui se submittere gaudent
 Illorum arbitriis, tenues sacrantque labores.

(a) Absoluta est haec Pontis reparatio A. 1732: cura
 Magnif. ac Perstren. Dn. Georg. Gottlieb. Harreri,
 Senat. Consular. & Curiae aedil. Directoris laudatis-
 sima, operaque Io. Georg. Schlee, architecti murarii
 solertissimi. Hoc ipso 1733. anno inferiora Pontis
 iuga et fundamina reparantur.

- (^b) Accuratori dimensione Pons sub initium et finem 24. pedes, in medio 22. pedes, 9. digitos, latus deprehensus est.
- (c) Sunt, qui augurentur, esse hanc reginam uel Irenen, Alexii, Imp. Constantinop. sororem, Philippi, Imp. Rom. coniugem; uel eiusdem Philippi filiam, Ottonis, Imp. Rom. coniugem, quae omnes utriusque controversias feliciter composuerit.
- (d) *Chronica quaedam uetusta referunt, inter funestas Imp. Rom. turbas uaria monstra et prodigia in lucem prodiisse, de quibus consul. Auentin. Annal. Boic. Lib. VII. p. m. 669. interque illa infantem, arietis cornua capite praeferentem, qui per 14. dies in utero materno eiulauerit.*
- (e) d. XXVII. Octobr.
- (f) Fabula haec tradit, architectos, quorum alter Pontem, alter Basilicam extruxerit, labore invicem certauisse, hanc pactos legem, ut, qui prior opus suum absolueret, graui alterum supplicio plecteret. Ponte igitur prius absoluto, architectus illius puerum saxosum cum uerbis: *Schuck wie heiß, in alterius opproprium possuisse; alterque ira et indignatione inflammatus, e Basilica se praecipitem egisse dicitur. Idem certamen duos gallos certantes denotare uolunt. Sed b. m. Goelgelius, antiquitatum Ratisp. indagator providentissimus, in MSto, *Ratisponae Politicae*, in priori Programmate cuius facta est mentio, inserto, temporis diuersitatem huic fabulae repugnare, ac uetustiori forsitan cuidam Basilicae rem, si qua huius fides sit, transscribendam esse, probe obseruauit.*
- (g) Quae restant, cumprimis quae ad historiam Pontis pertinent, futuro cuidam Programmati, D. v. reseruantur.

G. L. I. O.
COR LAETVM IN OMNIBVS
MVSARM
MAECENATIBVS
PATRONIS FAVTORIBVS
ET
AMICIS

SVMMO PERE DEVENERANDIS SVSPICIENDIS
COLENDIS ET AESTIMANDIS
APPRECATVS

EOSDEM

AD

GYMNASTICAE IVVENTVTIS

LVSTRATIONEM
VERNAM

A. R. S. MDCCXXXV

INDE A XIV VSQVE AD XXVI MARTII

PRO MORE CONTINVANDAM

ITEMQVE AD

SOLEMNEM PROMOTIONIS ACTVM

D. XXIX MART. HORA II POMER.

SVBMISSA OBSERVANTER ET HVMANITER

INVITAT

EADEMQVE OPERA

FATA QVAEDAM

PONTIS LAPIDFI

RATISPONENSIS

PRAEFAMINIS LOCO

RECENSET

M. CHRISTOPHORVS ZIPPELIVS

GYMN. POET. RECTOR ET P.P.

TYPIS IOH. CASP. MEMMELII.

Quae de magnifico *Rateponae Ponte* supersunt
Commemoranda, iubet solers pertexere Clio.

Percipe consueto, LECTOR VENERANDE, fauore;
Quae pia musa Tibi tenui modulatur auena.

Viderat oppositam sibi molem lumine toruo
Danubius, uitreo tollens uelamina uultu.

Viderat: An patiar, dixit, molimine uasto
Effusos reprimi cursus fluctusque sequaces?

Non patiar, flectam cursus, mutabo uiarum
Claustra, nouasque uias tentabo parte sinistra,
Arcus ut Pontis deuitem, murmure leni

Liberiusque ruam, spes deludatur et Urbis.

Ite, citi fluctus, siccas relinquite ripas,
Cursibus obliquis per apertos uoluite campos
Vndas, inde procul molem ridete superbam.
Dixit, et extemplo flecti uidet incola cursus
Fluminis antiquos aquilonem uersus, et usus
Proficuos Vrbi nocuo praecludere flexu.

Pingua culta secat flumen, clademque minatur
Genti uicinae, montes dum stringere gestit
Oppositos, campos uirides immergere et undis.

Hic opus, hic labor est. Fidi concurrrite ciues,
Vicini populi, certas praeuertite clades,

Et tumidas Istri coniunctis frangite dextris
 Iras, Reginum conclamat et accola Boius.
 Vox erat unanimis: Vis est arcenda furentis
 Istri, consiliis praesens fauet insula nostris.
 Obuertat moles insanis ausibus Istri
 Saxea compactas uires, quam robora firment
 Illigna, et truncus ualida pro cuspide fixus
 Querceus infringat molimina fluminis, actos
 Diuidat et fluctus, ripas doceatque relictis
 Lambere, diuisis et fluctibus aduehat amplas
 Merces et Boiis Regino itidemque uetusto.

Suscipitur, procedit opus, finitur, et Ister
 Legibus obsequitur positus. Prudentia maior
 Saepe est naturae conatibus, arteque docta
 Hos reprimit. Felix naturae cultor et artis!

Annus erat quartus post milleque postque trecentos,
 Talia Danubius primum cum tentat, et ausus¹⁴⁾
 Pluribus hos annis repetit, pluresque ruinas
 Vrbi et uicinis portendit flumine uerso,
 Omnia deludens conamina, prouida PATRVM
 Cura quibus tentat cursus per laeua ruentes
 Iugera camporum compescere sorte maligna.

Boiorum rector fuerat celeberrimus heros,
 ALBERTVS QVARTVS, cui rem denunciat, eius
 Auxilium implorans Vrbs tantis fessa periclis:
 Qui precibus motus, iustis mox annuit Vrbis
 Votis, et peragi patitur molimine fausto
 Tantum opus. Auspiciis iam quinquagesimus annos
 Post mille et quadringentos tum septimus aerae
 Christiadam fluxit diuinis: alite fausto
 Cum perfecit opus seris memorabile fastis
 Vrbs antiqua sibi seruandum sumtibus amplis.

Si uolue est oculis molem lastrare uacuis:
 Ligneus ille Tibi, partim uersatilis, offert

Ponticulus pronos aditus, de Ponte stupendo,
 Quem cano, procurrens ad compita laeta, parauit
 Insula quae fessis post taedia longa laborum,
 Hesperiiis obuersa plagis et fluctibus Istri.

Inde latus laeuum Tibi *Serratrina* petenti
 Artis monstratur mirae quae ligna secando
 Vsus egregios praestat: cui subiacet illa
 Machina, *Brasilicis lignis* aptata minutim¹⁵⁾
 Scindendis. Simul hic squalidis *Fulconica* seruit
 Pannificum telis, cerdonum et pellibus hirtis
 Ad uarios usus subigendis. Hisce relictis,¹⁶⁾
 Progresso ulterius *Chartaria fabrica* sistit¹⁷⁾
 Solertes operas, nulli nunc arte secunda.

Adiacet huic rursus *mola*, quae *frumenta* terendo
 Nocte dieque strepit, clathris munita, rotarum
 Turbetur subita ne clade uolubilis orbis.

Post hanc ponticulus Te ducit ligneus atras
Vulcani ad latebras, partim quae flexile ferrum,¹⁸⁾
 Aes partim cyprium reliquum cuduntque metallum.

Inde reuersus iter pete stratum, quod Tibi monstrat
 Arboreas inter frondes fructusque petitos
 Piscatorum aedes uarias, has inter apertam
 Femellis puerisque *scholam*, communeque honestis¹⁹⁾
 Ciuibus *hospitium*, sua cui cognomina pridem²⁰⁾
 Seruat *anas*, suspensa foras, quae fulget ab auro,
 Atque domos reliquas, genius quas cuique parauit.

Hoc emensus iter breue, conspicias ampla uireta,
 Arboribus laetis et consita floribus, aucta
 Gramine foecundo, pariterque salubribus herbis.
 Haec praebent ouibus, iumentis pabula praebent
 Pinguia, quae redeunt, cum profert Hesperus umbras,
 Cum redeunt, quos huc allegerat alma uoluptas,
 Finitus labor, Ister item coelumque serenum.

Tu, cum transisti, LECTOR VENERANDE, uireta,

Spectasti et molem, fluctus quae diuidit Istri,
 Merces quae mittit Boiis, adiudicat Vrbi
 Quaeque suos redditus, rediens per compita laeta
 Vallum conspicies, funesto tempore structum,
 Tristis quod triginta annis Germania sensit. ²¹⁾
 Ligna reconduntur iuxta, quae publicus usus
 Postulat, asseruat quae curaue publica PATRVM,
 Sub uasta dissecta casa, quae diuidit Vrbi,
 Custodes uigiles quae custodire iubentur,
 Qui simul exclamant horas per tempora noctis,
 Temporis ut constet ratio et mensura colonis. ²²⁾

Vltra progressus post hortos sat bene cultos
 Conspicis *alueolum*, segmentum fluminis: illic
 Pisces collectos in clausis continet arcis
 Solers piscator terebratis, indeque promit
 Emtori iussus pro nummis cuique paratis. ²³⁾

Perge uiam, et rursus uarios miraberis hortos,
 Deliciis licitis et pluribus usibus aptos.
 Tum *lapicidarum* studium feruescere cernes,
 Quos casa tuta iuuat, formandis quique peritas
 Exercent dextras saxis molimine grandi,
 Ponti queis opus est, Urbis firmantur et aedes,
 Atque operum moles, queis Vrbs antiqua nitescit. ²⁴⁾

Iam Pontem repetens propiorem moenibus Urbis
 Turrin, quam cecinit tenuis iam fistula musae
 Ante duos annos, specta, memorandaque fata
 Percipe, quae subiit, cum sexcentus olim,
 Millibus exactis, et quadragesimus annus
 Octauusque daret sacris sua nomina fastis.
 Infestata fuit Boiorum et Caesaris armis
 Annos ante decem et quatuor, concussaue turris
 Tormentis grauib, casu metuenda futuro.
 Deicitur PATRVM cura, reparatur eodem ²⁵⁾
 Anno, quem dixi, decus addita nobile Ponti,

De quo Gymnasium mecum pete, CANDIDE LECTOR.

Tempore uernali rursus lustranda iuuentus
Musis sacra uocat, uocat et Te uoce magister
Classis quisque suae demissa. Plena fauoris
Vela piis musis, quae Te uenerantur et ornant,
Pande. Tuis crescet studium uirtutis et artis
Doctae iudiciis aequis. Meminisse iuuabit,
Quantae molis opus tuus exsuperauerit ardor,
Excitus ingenuis studiis, queis fida palaestra
Musarum ad culmen celsum Te duxit honorum:
Quae contempta iacet, sed, Te plaudente, resurget.

ΚΑΛΑ ΚΑΙ ΑΓΑΘΑ
MV SARVM
MAECENATIBVS
PATRONIS FAVORIBVS
ET

AMICIS
SVMMOPERE DEVENERANDIS SVSPICIENDIS
COLENDIS ET AESTIMANDIS
APPRECATVS

EOSDEM
AD
GYMNASTICAE IVVENTVTIS
LVSTRATIONEM VERNVM

A. O. R. MDCCXXXVII
INDE A XXVI MART. VSQVE AD VI APRIL.
STRENV E CONTINVANDAM
ITEMQVE

AD
PVBLICVM PROMOTIONIS ACTVM
D. IX APRIL. HORA II POMER.

QVANTA POTEST ANIMI DEMISSIONE OBSERVANTIA
ET HVMANITATE INVITAT
EADEMQVE OPERA

PONTEM LIGNEVM
RATISPONENSEM

ET
INSVLAM DANVBII
INFERIOREM

BREVITER DESCRIBIT
M. CHRISTOPHORVS ZIPPELIVS
GYMN. POET. RECTOR ET P. P.

RATISPONAE TYPIS MEMMELIANIS.

Insula, Danubius bifido quam flumine format,
 Prouocat Inferior musam. *Pons ligneus* illam
 Vrbi coniungit, uario spectabilis usu,
 Quem VENERANDE, TIBI LECTOR pia musa canendo
 Aequum iudicium rogitat solitumque fauorem.

Porta est a dextris saxoso proxima Ponti,
 A *Grue* *) quae nomen seruans TIBI littus apricum
 Pandit, ubi naues tuta statione morantur,
 Mercibus expositis partim, partimque receptis,
 Oppositae molis clausae munimine, fluctus
 Quae rabidos arcet, rapidas et diuidit undas.
 Emenso littus TIBI portula monstrat ad ipsum
 Accliues aditus Pontem, quem concino, turris
 Robustae patulas per ualuas, cuius in altis
 Sedibus accepit sollers habitacula ciuis.

Mille et quingentis fuerat superadditus annus
 Vndecimus CHRISTVM post natum, scepra gerebat ²⁶⁾
 Suprema in terris, cui Fama aeterna parentat,
 MAXMILIANVS: opus cum moliretur auitum
 Felici studio PROCERVVM populique Corona.
 Roboribus quernis Pons est constructus, ab ima
 Seu spectes illum, seu spectes parte superna.
 Septem et sexaginta pedes supra ille ducentos
 Pons longus, bis octonos est latus eunti.
 Pèrius est plaustis solide constratus onustis,
 Transit eum populus, quem uel uocat ardor agendi
 Res sibi mandatas, uel, rite labore peracto,
 Liberior sensus curisque soluta uoluptas.
 Munit utrumque latus casus prohibetque dolendos
 Ilignus paries, quem ferrea uincula firmant.
 Nititur ille iugis octo **) de robore structis
 Transuerso et ferro munitis, qualibus ausus

Vndarum cohibet glaciei et pondera frangit.
 Sub finem Pontis stationem nactus in armis
 Excubat, exercetque uigil sua munia miles,
 Ac transire uetat suspectos compita Pontis
 Scriba, uiatorum cui nomina resque notantur.
 Horis nocturnis, quouisque instante periclo,
 Turris, quam cecini, pontis uersatilis usu
 Clauditur, et prohibet temere transire parantes,
 Non minus ac clathri prohibent a parte suprema.

Iam si, LECTOR, amas, superato Ponte, subire
 Singula luminibus, quæ cultior Insula monstrat,
 Scribae, qui curat reditus reputatque molarum,
 Aedes post primas duo diuersoria spectas:
Cygro signatur prius, alterum et *aurea Navis*
 Designat. Nautis defessis aptat utrumuis
 Hospita tecta, simul concessa per otia ciues
 Excipit, et sensus uaria dulcedine mulcet.
 Praeter utrumque domos nitidas et conspicis hortos
 Frugiferos piscatorum, quibus aëris haustus
 Liberior fauet et ciues inuitat honestos.

Post varias aedes spatium TIBI panditur ingens,
 Aediles Urbis quo ligna fabrilia seruant,
 Qualibus inseruit pariter, quod struxit ibidem
 Prouida cura PATRVM communes Urbis in usus,
 Horreum et emtoris rebus succurrit egenis.

Consitus arboribus locus hinc tua pascet opacis
 Pectora, si gelidis gaudes tractare sub umbris
 Quod TIBI mandat opus cumprimis docta Minerua,
 Ludis aut licitis uacuos componere mores.

Iam uia longa patet TIBI per uiridantia prata,
 Solibus aestiuis quae pabula laeta ministrant
 Armentis pecorumque gregi, ad νοστο- tale - κόμειον, ²⁷⁾
 Quali opus est dirae funesto tempore pestis,
 In quo curantur dextra praestantis Hygeae,

Quos oppresserunt saeni contagia morbi,
 Paupertate graui pressos et sorte maligna,
 Sumtibus immensis PATRVM, mandantur ibique
 Coemeterii humo, quos uis rapit atra ueneni.
 Tempore sed reliquo satis his fauet aura salubris,
 Id quibus incoluisse datur, iucundus et hortus.²⁸⁾

Inde redux Istri littus lege, parte sinistra
 Quod TIBI recludit spectabilis Insula, multis
 Vsibus addictum, quos publica cura secundat.
 Nempe uides operas feruere ibi, tegula coctam
 Quales deposcit. Lateres formantur ibidem
 Diuersi generis. Spatiosus continet aedes
 Aptatas operi campus. Fornacibus ardet
 Vastis, materiem scrobibus seruatque profundis
 Aduectam multo sumtu studioque lutosam,
 In qua desudat fingenda dextera sollers.
 Qui fabricae praeest, campanae conuocat aere
 Suspensae socios dimittit itemque laborum.

Hinc TE digressum post aedes Insulae amoena
 Porticus excipiet, quae TE deducet ad amplum
 Floribus ornatum uariis et gramine laeto
 Vestitum pratum, quod plurima lintea pandens,
 Apricis spatiis haec mundat sordibus atris
 Abstergitque, cui rota seruit aquasque ministrat,
 Haustas Danubio et fossis per prata ruentes.
 Alba satis tandem poliuntur lina cylindris
 Fortibus, et cedunt repetentibus, aere soluto.

Tum praetergressus Pontem, nisi fata uetabunt,
 Latam conspicias molem, quae separat undas
 Danubii, naues quas parte ab utraque frequentant.
 Hic mola feruescit, quae frangit aromata, rursus
 Altera, quam poscunt subigenda legumina saxo.
 Binas inde molas Cerealia dona terentes
 TE contemplatum, LECTOR, uia saxea ducit

Ad scalas, per quas conscendis denuo Pontem
 Magnificum, TIBI ter cecinit quem musa senescens,
 Musa, TIBI comitem quae se nunc iungere gaudet,
 Si dignaris opus consueto rursus amore,
 Quod PROCERVVM nobis mandat propensa uoluntas,
 Gymnasii lustranda uenit quo culta iuuentus.

Percipe conatus, queis se gymnastica pubes
 Commendare TIBI satagit, pia uotaque fundit,
 Vt TIBI laeta fluant per uitam tempora, faustis
 Sideribus surgat Tua uirtus, gloria crescat,
 Praesidioque Tuo musarum fama perennet.

*) *Gruis* nomen olim gessit machina quaedam, cuius
 ope merces e nauibus eleuatae ac in littus expositae
 fuerunt.

**) Jugorum primum sub ponte turris uersatili *undecim*;
 alterum *quindecim*; tertium *quadraginta sex*; quartum
unum et quadraginta; quintum *quadraginta*; sextum
 pariter *quadraginta*; septimum *triginta septem*; octa-
 rum itidem *triginta septem* pedes a se inuicem distant.

Anmerkungen.

- 1) Welche verschiedene, theils griechische, theils lateinische und teutsche Namen Regensburg in der Vorzeit geführt, findet der Leser Seite 71 des VI. Jahrgangs, dann Seite 9 u. ff. u. S. 82 des IX. Jahrgangs unsrer Vereins-Verhandlungen, in Schuegrafs Umgebungen Regensburgs I. Band Seite 79 — 83, in Mausoleo Sti. Emmerami, in Gemeiners und Gumpelshaimers Chroniken von Regensburg u. a. m.
- 2) Im Jahre 1135, schreiben alle Chroniken von Regensburg, war ein so heißer Sommer, daß die kleinen Flüsse und alle Bäche gänzlich austrockneten, ja daß, wenn man Schwefel auf die Erde warf, dieser sich sogleich von selbst entzündete. Diese Gelegenheit, fahren sie fort, benützten die Bürger von Regensburg, und erbauten die steinerne Brücke über die fast ganz ausgetrocknete Donau, und vollendeten sie im Jahre 1146. (Statistisches Regensburg oder I. Thl. des erneuerten Mausolei St. Emmerami, S. 194. Gemeiner l. c. I. 225 u. a. m.)
- 3) Heinrich der X. oder der Großmüthige regierte bekanntlich von 1126—1138 über Bayern. Er war ein Fürst von hohem Muth, und begann seine Regierung sogleich mit ernstern Maaßregeln gegen das unselige Faustrecht.

Unter ihm gelangte das Etsenisch = Welfische Haus zu außerordentlicher Macht; denn der Kaiser Lothar II. verlieh ihm, nachdem er sich mit der kaiserlichen Prinzessin Gertraud vermählt hatte, um einen Schutz gegen die Hohenstaufen zu finden, Nürnberg, die Anwartschaft auf Sachsen, die Markgrafschaft Toscanen oder Toskana, und kurz vorher hatte der Papst ihn mit den Mathildischen Gütern belehnt. Sein Reich erstreckte sich vom Mittelmeer bis zur Ostsee. Aber seine Macht gereichte ihm auch zum Sturze. Im Jahre 1138 erklärte ihn Conrad, der Hohenstaufe, in die Acht, und seiner Reichslehen für verlustig.

4) Bisher hat man den Bau der Brücke Regensburgs Bürgern allein zugeschrieben. Dieser Ansicht war noch in der neuesten Zeit Gemeiner l. c. I. Thl. pag. 225 ff., allein es ist erwiesen, und schon Hr. v. Lori behauptete, daß Herzog Heinrich, der Stolze, von Bayern, gemeinschaftlich mit den Bürgern hiezu beitrug. Vollgültigst hat dieß dargethan Hr. v. Bössner in seiner Schrift: „Die steinerne Donau-Brücke zu Regensburg. Sulzbach. 1830.“

5) Ursprünglich bestand die Brücke aus 16 Bogen, wovon späterhin der linksseitige verkleinert, der rechtsseitige eingemauert wurde. (Anmerkungen von J. R. Schuegraf zu dem Lobgedichte auf Regensburg von Hans Sachs. Sieh Band IX. Seite 15 der Verhandlungen.)

6) Man glaubte 400 Jahre hindurch, daß nicht nur der Thurm am Ende der Brücke wegen des daran angebrachten römischen Grabsteines (s. Aventini Annales boici L. II. p. 112, ed. Ingolst. 1554 und des Abtes Anselmi Ratisbona politica, p. 128) ein Römerwerk sey; ja man behauptete sogar, daß selbst vom Kaiser Hadrian eine Brücke an dieser Stelle über die Donau erbaut

worden sey. (S. Althammer Comment. zu Tacitus de moribus Germ. pag. 59, Oesclii Script. rer. boic. I, 189 und Oct. Stradae Leben und Thaten der römischen Kaiser pag. 100). In einem Streite der Stadt Regensburg gegen das Hochstift wegen des Zolles äußerte sich der Magistrat hinsichtlich des Alters der steinernen Brücke (es war im Jahre 1446) also: „Diese Brücke möchte wohl älter seyn, als das Hochstift selbst,“ (s. Gemeiner l. c. III., 150,) und Gumpelzhaimer glaubt, der genannte Thurm sey ohne Zweifel schon gestanden, ehe noch die Schiffbrücke Kaiser Karl des Großen (792) erbaut worden, und habe zur Vertheidigung und zum Schutze der Ueberfahrt gedient (I. 110). Gumpelzhaimer widerspricht jedoch diesen Vermuthungen, wie mir scheint, mit vollem Rechte. Ich verweise die Leser hinsichtlich der steinernen Brücke auf seine Geschichte Regensburgs, I. 260. Dieser Thurm nun, sonst der schwarze genannt, wurde nebst dem Brückenkopfe nach dem feindlichen Brande von Stadtamhof im Jahre 1809 abgetragen und der Platz eingeebnet.

7) S. Gumpelzhaimers und Resch's genannte Druckschriften nebst Abbildungen aller dieser Figuren l. c.

8) Gleich von dem genannten schwarzen Thurme rechts seitwärts ging durch ein eigenes Thürchen (das Postthür) der Weg zu dem St. Katharinen-Bürgerspital der Stadt Regensburg, das der Bischof Conrad, Graf von Frontenhausen und Teisbach im Jahre 1220, nicht aber 1224, wie Zippelius anführt, mit 7000 R Pf. fundirte. Im XI. Jahrhunderte schon stand unweit davon eine Kapelle zu Ehren Johannes des Täufers, weshalb das Institut anfänglich das St. Johannis-Spital genannt wurde. Bischof Sigfrid erneuerte und vergrößerte es, so daß darin 250 Kranke

und Arme Aufnahme finden konnten. Die Fronte hielt es gegen die Brücke, und man gelangte ebenen Weges durch die porta speciosa, oberhalb welcher die Statue des Bischofs bis zur Zerstörung des Spitals i. J. 1809 zu sehen war, dahin. Unweit des Spitals befanden sich die Klausuren der Spitalbrüder, die sich bis zur Reformationszeit hier aufhielten. — Weiteres findet man in Gemeiners „Winke aus der Geschichte“, in den geöffneten Archiven von Bayern I. Jahrg. 18^{21/22} IV. u. XI. Heft, dann II. Jahrgang I. Heft.

9) Die ganze Verhandlung des Baues dieses Brückenkopfes um die Zeit des Zuges eines Hussiten-Heeres i. J. 1429 gegen Regensburg beschreibt Gemeiner a. a. Orte B. III. S. 1 ff. Bei dieser Gelegenheit hat man sogar das herrliche Spital mit allen Kirchen und Kapellen demolirt. Uebrigens muß bemerkt werden, daß schon zur Zeit des Städtekrieges i. J. 1388 da ein Zwinger mit Graben erbaut worden ist.

10) Hier zählt Zippelius anders, als die späteren Autoren. Die Brücke mißt nach Bössner und Gumpelzhaimer genau 1000 Schuh in der Länge, nach Resch hingegen 1069 bayr. Werthschuhe.

11) Dieser Thurm wurde im Jahr 1785 nach dem im vorhergehenden Jahre stattgefundenen, verheerenden Eisgange, weil man seinen Einsturz befürchtete, abgetragen. Unweit dieses Mittelthurmes ging der Weg nach dem oben genannten Werd über die i. J. 1502 erbaute hölzerne Brücke, die mit Thor und Gitter versehen war.

12) Er hieß Johann, Freiherr von Troibrege, und war Oberst des Ruppischen leichten Infanterie-Regiments. In den Kriegsakten der damaligen Zeit findet man ihn aber auch Troibez geschrieben. Er ließ am 26.

Oktober 1833 zur Zeit des Einfalles der Schweden unter Herzog Bernhard von Sachsen-Weimar den dritten Bogen der Brücke von der Regensburger Seite her sprengen. Man bediente sich nun statt dieses Bogens einer Zugbrücke, bis man es für nothwendig erachtete, im Jahre 1790 den Bogen wieder herzustellen.

13) Vergleiche hinsichtlich dieser Figuren besonders die Abbildungen zu Resch's steinerner Brücke in gr. Fol.

14) Das war ein sehr merkwürdiges Jahr. Die Hitze im Sommer stieg nämlich so hoch, daß man an manchen Orten beinahe trockenen Fußes über die Donau gehen konnte. Diesen Umstand benützte der Rath von Regensburg, wie einst die große Dürre im Jahr 1138 (s. den Eingang dieser Schrift,) als man die steinerne Brücke baute, und führte mit vielen Kosten das Beschlacht und die Wehr an der Spitze des obern Werds auf. Dieser Werd war früher mit den Donauinseln bei Winzer und Maria-Ort verbunden, seit Kurzem aber von der reißenden Donau durchbrochen und getrennt worden. Ohne diesen Wasserbau, glaubte man, würde die Donau ihren Lauf gänzlich verändert, und sich schon in der Gegend bei Presbrunn mit der Raab vereinigt haben, und die Mauern Regensburgs nicht mehr bespülen, sondern ihr Rinnthal mitten durch Stadthof und Steinweg nehmen. Dieser Bau rettete die Vorstadt am Hof und den Steinweg von dem ihnen im Laufe der Jahrhunderte drohenden Verderben. Diese Wehr, gerühmt als Meisterwerk in der Wasserbaukunst (s. H. Stearonis annal. bei Freher I. 585 und Gemeiner I. 457 und 458) heißt heut zu Tage das Wehrloch. (Vergl. hierüber Gemeiner II. 295, III. 254 und 266 ff.,

wo sich die herzogliche Bewilligung v. J. 1457 zum vorhabenden Baue befindet.)

15) Wir wüßten von einer derartigen Maschine ohne diese Abhandlung des Zippelius nichts!

16) Die noch hier befindliche Walze.

17) Wurde im Jahr 1539 erbaut, s. Gumpelzhaimer Bd. II. S. 822.

18) Hier ist der Eisenhammer gemeint.

19) Wieder eine zur Zeit ganz unbekannte Nachricht!

20) Das Gasthaus „zur goldenen Ente,“ das noch jetzt unter gleichem Namen besteht, war ehemals der besuchteste und schönste Erholungsplatz für die Regensburger.

21) Dieser Wall, von den Schweden 1633 erbaut, ist noch sichtbar. Zur Zeit befinden sich dort hohe Bäume und die s. g. Baustädel.

22) Zippelius nennt die Bewohner des obern Werbs Colonen, Colonisten, wahrscheinlich nicht unabsichtlich und bloß des Vermaßes wegen, um nämlich diese Einwohnerschaft gleichsam als die Tochtergemeinde der nur durch die Donau von ihr geschiedenen Mutterstadt recht sinnbildlich zu bezeichnen.

23) Das ist der kleine Arm, der die Behausung des Herrn Direktors Liebel und die Insel scheidet.

24) Ein Theil dieses Platzes, vielmehr der Baustädel wurde in neuerer Zeit an einen Privaten, den Hrn. Conditoren Leers, verkauft, der darauf ein schönes Haus nebst Garten herstellte.

25) Zur Zeit der Belagerung Regensburgs im Jahr 1634 wurde von den Oesterreichern und Bayern auf diesen ersten alten Thurm, den Zippelius schon vorher näher bezeichnete, mit Kanonen geschossen, und fast dessen Sturz bewirkt. Hier unferne von diesem Thurme erhielt auch der schwedische Commandant Larscagge durch

einen abgesprungenen Stein eine Quetschwunde. Im Jahr 1648 wurde der alte Thurm in der Art, wie er jetzt ist, restaurirt, und mit einer schlagenden Uhr verziert. Noch steht in großen Ziffern die Jahreszahl 1648 oben an demselben.

26) Eine hölzerne Brücke verband den untern Werd mit der Stadt seit viel frühern Jahren, als um 1511. Derselben erwähnt Heinrich Singenhofer, der Inhaber des Prennbrunnen u. Bürger von Regensburg in seinem Testamente vom Jahr 1418 als einer längst bestanden Brücke. Um dieselbe mehr zu befrieden, vermachte er 100 rhein. Gulden dem Magistrate mit der Bedingniß, daß man anfangen soll „einen Thurn in dem nydern Werd gegen der hulzenen Pruck über“ zu bauen. Der Thurmbau begann, und mit ihm fing man auch an, die dessen bedürftige Brücke in soliderer Weise herzustellen. Im Jahr 1419 wird sie in einer Stift Niedermünster'schen Urkunde die neue, in den darauf folgenden Urkunden aber forthin nur die hölzerne Brücke genannt. (S. Gemeiners Rgb. Chronik II. 427 und Diplom. von Niedermünster Fol. 491.)

27) Diese Stätte wird seither immer der Pesthof genannt. Ein Denkstein an der östlichen Ringmauer verkündet dem Wanderer die Nachricht von der in Mitte Juli 1713 begonnenen und bis zur Hälfte Februars 1714 andauernden Pest. Mehrere tausend Leichen deckt hier die kühle Erde. Nach einer von dem Magistrat vorgenommenen Berechnung sind dort selbst 7857 an der Pest verstorbene Personen begraben worden. Kein Orden der vielen Herrenklöster verlor um diese Zeit im Verufe des Krankenbesuches so viele Mitglieder, als das Kapucinerkloster; 18 Väter opferten sich diesem christlichen Amte. Von

Seite der protestantischen Geistlichen starben zwei.
(Sieh J. R. Schuegrafs christl. Rück Erinnerung an
die 1713 an der Pest verstorbenen 7857 Menschen ic.
im Tagblatte vom Novbr. 1840.)

- 28) Die ehemals Reichsstädtische berühmte und einträg-
liche Ziegelhütte, nun umgewandelt in den Hafen für
die Dampfschiffe und die dazu gehörigen Werkstätten
und Magazine.

Die erste der vorliegenden Quellen haben wir
aus dem J. 1711. (Schneiders Briefl. Nachrichten an
den 1711 an der Zeit verstorben 1787) erhalten.
im Original vom J. 1711.
a) Die zweite Handschrift der ersten und zweiten
im Jahr 1711, nach dem Tode in der Zeit für
die Handschrift und die dann folgenden Handschriften
und Handschriften.
b) Die dritte Handschrift der ersten und zweiten
im Jahr 1711, nach dem Tode in der Zeit für
die Handschrift und die dann folgenden Handschriften
und Handschriften.
c) Die vierte Handschrift der ersten und zweiten
im Jahr 1711, nach dem Tode in der Zeit für
die Handschrift und die dann folgenden Handschriften
und Handschriften.
d) Die fünfte Handschrift der ersten und zweiten
im Jahr 1711, nach dem Tode in der Zeit für
die Handschrift und die dann folgenden Handschriften
und Handschriften.
e) Die sechste Handschrift der ersten und zweiten
im Jahr 1711, nach dem Tode in der Zeit für
die Handschrift und die dann folgenden Handschriften
und Handschriften.
f) Die siebte Handschrift der ersten und zweiten
im Jahr 1711, nach dem Tode in der Zeit für
die Handschrift und die dann folgenden Handschriften
und Handschriften.
g) Die achte Handschrift der ersten und zweiten
im Jahr 1711, nach dem Tode in der Zeit für
die Handschrift und die dann folgenden Handschriften
und Handschriften.
h) Die neunte Handschrift der ersten und zweiten
im Jahr 1711, nach dem Tode in der Zeit für
die Handschrift und die dann folgenden Handschriften
und Handschriften.
i) Die zehnte Handschrift der ersten und zweiten
im Jahr 1711, nach dem Tode in der Zeit für
die Handschrift und die dann folgenden Handschriften
und Handschriften.